



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Muliere quadam filiolum suum mortuum deuouente Beatæ virgini peregrinum, protinus is reuocatur ad vitam, tempore quo eundem in finem quidam sacerdos faciebat missam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

vigens obiit. Tria hæc postrema miracula
scripta sunt & signata Chirographo Domini
Ioannis Blondellij Pastoris.

*MV LIERE QV ADAM FILIO
suum mortuum deuouente B. virgini peregrina
protinus is reuocatur ad vitam, tempore quo
eundem in finem quidam sacerdos
faciebat missam.*

CAPVT XXXVI.

ANao supra millesimum 602. An
lis die 23. apud Malbodium
Maximiliani Meurantij & Catharini
de Latte vxoris eius, Ioannes nomine, cum
menses quinque planè mortuus iacebat
inanimis, & de facto tanquam verè mortuus
est sepultus, quando interea temporis
uenit prænominatus Dominus Ioannes La
tor nunc Sacellanus dictæ ciuitatis Malbo
ensis: qui cum aduerteret patrem & mater
gravi luctu ac mœrore confectos, suscitatis
vtpio gemitu matris Dei subsidium petere
carent, quæ apud Tungros magna in reueren
tione habetur & colitur: quo in loco gratia
& stupenda viderat miracula recentè per
ta, ipso adhuc existente pastore, ipsi præterito
sis quæ præteritis acciderant temporibus
Quibus non surda aure auditis, Ma

MEVRANTIVS & vxor miros deuotionis ignes intra se concipiunt, & ex intimis animæ præcordijs sese ad misericordiæ matricem conuertunt, puerum suum deuouentes peregrinum, prout similiter facit præfatus Lattor, qui eundem in finem missam celebrandi gratia venerat: sub cuius missæ decursu infans vitæ pristinae restituitur, adhucque viuit sanus & incolumis. Hoc autem miraculum contestatum & consignatum est manu dicti Domini Ioannis Lattoris sub duplici testis qualitate, Notarij scilicet apostolici & imperialis.

AD HVC ALIA QUAE FOETVM pepererat, imò etiam gestauerat in vtero mortuum, ubi B. Virginis implorauit opem, simulque filium eidem deuouit peregrinum, confestim in vita & baptismali gratia potitus est.

CAP. XXXVII.

ANno supra millesimum 603. in mense Augusto, vxor Thomæ VVargny, cui Paulna nomea est, geminas proles enixa est, quarum vna vitæ beneficio destituta prodijt in mundum: imò verò ex obstetricis sententia aliquando tempore mortis legem subierat antequam materno prodiret ex vtero, sicque est conseruata est ad horam & ultra absque vllò vitæ iudicio. Quibus cōmota ma-